

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,  
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

XXV. Differentia 10. Iure Canonicō qui obtinuit licentiam à Papa  
renuntiandi dignitati, vel beneficio cogitur cedere, nec recipere potest,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## DIFFERENTIA IO.

*Iure Canonico qui obtinuit licentiam à Papa renuntiandi dignitati, vel be-  
neficio cogitur cedere, nec recipere potest, c. Quidam cedendi, d: renunc-*

*At Iure Civili qui cessit bonis suis, in integrum ex pénitentia  
potest illa recuperare, l. ls qui, ff. de his, qui ced.*

*bon. poss. Batt. 115. Ioann. Bapt. à S.*

Blasio 134.

I. **C**asum *Glossa* sic format: Quidam impetrant licentiam cedendi beneficio, eaque obtentā cedere nolunt: compellendos igitur esse ad cessionem Papa mandat. Additur causa, quia vel propter Ecclesiæ utilitatem, vel propriam animæ salutem ejusmodi postulario fit, quæ utique non sunt impedienda. Præterea cùm nihil obstar, perstandum in proposito est, &c, quod semel placuit, amplius displicere non debet, quodque primò voluntarium fuit, postea sit necellarium, c. 21. de Reg. Iur. in 6. Etenim summa Pontificis auctoritati, ac benevolentiae dedecorum est, absque gravi causa, quæ concessit, revocare; & nolle acceptis uti, magoam in eo, qui postulavit, levitatem arguit.

Nihilominus, ut cum *Gloss. Barbosa* animadvertisit in c. Ad nostram, de iure iur. licet quis dimiserit beneficium aliquod, idem ex nova superveniente causa repertere potest, puta, si iterum vacet, si nova elecio fiat, & simil. *Flamin. de resignat. be-*

*nef. ior. l. 1. q. 13. n. 43. Barb. Tract. de claus.  
n. 150.*

II. Quod verò leges attinet, lecun-  
dum illas, qui bonis suis cessit, recupera-  
re illa potest, quando cessionis pénitentia.  
*l. Quemadmodum ff. de cessione bonorum, ubile-  
gimus: Quem pénitet bonis cessisse, po-  
test defendendo se consequi, ne bona e-  
jus vaneant. Cur ita? quia ante rerum  
venditionem bonis suis non caret, l. 13.  
qui bonis, eod. Atque in hoc benignitas  
Juris novi cernitur, & cessionem bono-  
rum, & eorundem resumptionem debi-  
toribus permitens. Nam antea vende-  
bantur bona statim juxta l. Julian. & de-  
bitori ne ad vi et quidem, & cultum  
relinquebatur. V. Hotoman. 24. Illuftr. Get-  
tofr. in cit. l. Greg. Tholesan. l. 22. c. 8. Ubi  
circum fin. explicat, etiā quanam bonace-  
dens retinere possit, nimis relictū te-  
stamento cum prohibita alienatione:  
item feuda, non tamen usum fru-  
ctum eorum, ut Baldus  
notat.*

XXVI.DIF.